

Dumna autem insula maximam diem habet horarum  $19 \frac{1}{2}$ . Ac distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2\frac{1}{3}$ .

Vectis uerò insula maximam diem habet horarum  $16 \frac{2}{3}$ . Distatq; ab Alexandria uersus occasum hor.  $2\frac{2}{3}$ . ferè.

## Tabula II.

**E C V N D A** Europæ tabula continet Hispaniam totam, in tres prouincias partitam, cum insulis sibi adiacentibus.

Parallelus autem per eius medium ductus, rationē habet ad meridianū, quam tria ad quatuor ferè.

Terminatur autem tabula  
Ab oriente Pyrenæis montibus  
A meridie Balearico & Iberico pelago, fretosq;  
Herculeo, & parte exterioris maris  
Ab occasu occidentali oceano  
A septentrionibus autem oceano Cantabrico.  
Lusitaniae prouinciae.

Norba Cæsarea maximam diem habet horarum  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . ferè. Distatq; ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2}$  ferè.

Augusta emerita maximam diem habet horarum  $14 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2}$ . ferè.

### Bæticæ

Ispalishabet maximam diem hor.  $14 \frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2}$ .  
Corduba maximam diem habet hora.  $14 \frac{11}{12} \frac{1}{3}$  ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{2}$ .

### Tarragonensis

Asturica Augusta maximam diem habet hora.  $15 \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{3}$ .

Noua Chartago habet maximam diem horarum  $14 \frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{1}{6}$ .

Tarragona maximam diem habet horarum  $15$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horis  $2 \frac{1}{2} \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ .

Clunia maximam diem habet horarū  $15$  octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum horis  $3 \frac{1}{4}$ .

Cæsarea Augusta maximā diem habet horarū  $15 \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3$ .

Gadira insula maximam diem habet horarum  $14 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $3 \frac{2}{3}$ .

## Tabula III.



**E R T I A** Europæ tabula cōtinet Gallias in quatuor prouincias cū insulis sibi adiacentibus. Medius ipsarū parallelus rationē habet ad meridianū quā duo ad tria.

Circumscribitur autem tabula  
Ab ortu Italia & Rhætia ac Germania  
A meridie mari Gallico  
Ab occasu montibus Pyrenæis & oceano aquitanico  
A septentrionibus oceano.

Aquitaniæ Celtogalliacæ  
Mediolanum maximā diē habet hora.  $15 \frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$ . Burdigala maximam diem habet hora.  $15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horis  $2 \frac{1}{2}$  &  $\frac{1}{3}$  ferè.

Lugdunensis Galliæ  
Augustodunum maximam diem habet hora.  $15 \frac{1}{2} \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{3} \frac{1}{8} \frac{1}{2}$ .

Lugdunum maximam diem habet hora.  $15 \frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horis  $2$  &  $\frac{1}{2}$  ferè.

Belgicæ Galliæ  
Rigiacū maximā diē habet hor.  $15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horis  $2 \frac{1}{2}$  ferè. Durocotturum maximam diem habet horarū  $15$  octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum ho.  $2 \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ .

Narbonensis Cetogalliacæ  
Massilia maximā diē habet hora.  $15 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horis  $2 \frac{2}{3}$ .  
Narbon & ipsa maximam diem habet horarū  $15 \frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2}$  decima parte.  
Vienna maximā diē habet hora.  $15 \frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum hor.  $2 \frac{1}{2} \frac{1}{2}$ .  
Nemausus maximā diē habet hor.  $15 \frac{1}{3} \frac{1}{12}$ . Et distat ab Alexandria uersus occasum horis  $2 \frac{1}{2}$ .

## Tabula IIII.

**V R O P AE** tabula quarta cōtinet Germaniam magnā cum insulis sibi adiacentibus. Medius ipsius parallelus rationē habet ad meridianū quam tria ad quinq;

Terminatur autem tabula  
Ab oriente Iazygibus Metanastis & Sarmatia Europæ.